Codices Orientales

Bibliothecæ

Regiæ Universitatis Lundensis.

Dissertatio,

cujus partem quintam,

Consensu Ampliss. Ordinis Philosophorum,

Præside

CAROLO JOH. TORNBERG,

L. L. O. O. Professore,

Pro Gradu Philosophico

p. p.

FREDERICUS JULIUS HALCK,

Scanus.

In Academia Carolina die XIII Junii MDCCCL.

H. a. m. s.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCL.

rebus utilibus. Caput decimum de principiis eorum, qui, mysticismo addicti, viam Dei gradiuntur. In præfamine scriptor fontes, e quibus hausit, non paucos diligenter exposuit. Scholia turcica subinde in margine apparent. Initium: الحمد لله الذى هدانا لمعرفته واكرمنا بتقواه وطاعته وشرفنا بحمل امانته الخ, quæ verba omnino ab iis aliena sunt, quæ Hadji Khalifa, vol. IV, pag. 646 ad hunc librum tamquam exordium attulit.

2) Fol. 161 v. مختصر قدورى *compendium* s. *institutiones juris*, secundum dogmata Abu-Hanifæ ab Abu-l-Hasano Muhammede el-Qudurio, anno 428 [1036,7] defuncto, conscriptæ. Inest idem liber in cod. Upsal. CCCXL, qui conf. Initium: كتاب الطهارة قال الله تعالى ياءيّها الذين امنوا اذا قمتم الى الصلوة الخ Multa scholia atque lemmata arabica et turcica hic insunt.

Codex *arabicus* in quarto chartæ tenuis et lævigatæ foliorum 260, versuum 17 in quaque pagina, char. *taliq* nitido satis bene exaratus. E bibliotheca Peringeri Lilljeblad provenit. Tegument. orient. vulgare. [L. O. 11].

XXXV.

دُرر الحُكّام

Margaritæ judicum s. commentarius in غُرر الاحكام *splendores statutorum*, librum de articulis juris hanefitici secundariis, quem æque ac hunc commentarium Molla Muhammed ben-Feramerz, فرامرز, vulgo Menla Khusrew dictus et anno 885 [1480,1] defunctus, scripsit. Quod opus, apud Muslimos celeberrimum, die secunda mensis Djumadæ posterioris, anno 882 [1477], ut in epilogo ipse retulit auctor, ad finem perductum est. Hadji Khalifa, qui vol. IV, pag. 312 librum, de quo

hic agitur, diligentius descripsit atque examinavit, præfamen et epilogum fere totum exscripsit et scriptorem summa exornavit laude, codicem a nostro valde discrepantem usurpavit. Initium: الحمد لله الذى احكم احكام الشرع القويم بمحكم كتابه ۞ واعلم اعلام الدين المستقيم بمعظم خطابه الخ Scholia subinde marginibus insunt.

Cod. *arabicus* in quarto chartæ communis foll. 376, versuum 23 in paginis singulis, char. *taliq* pingui et compacto satis nitide exaratus. Voces explicatæ linea rubra supra collocata distinctæ sunt. Si verba, quæ in primo codicis folio et in pagina præcedente alba exstant, ut credo, librarii sunt, nam eandem manum, quæ librum exaravit, produnt, *Hasan ibn-Abi-Sinan el-Qarmani* anno 1010 [1601,2] eum descripsit. Hæc sunt: كتب هذا من يوم الاربعاء فى ١٥ شهر رجب المرجب فى قريةء ذكريا فى وقت الضحى بعد الظهر سنة عشر والف et: كتب هذا حسن ابن ابى سنان القرمانى Ex bibliotheca Peringeri Lilljeblad provenit. Tegum. orientale commune. [L. O. 9].

XXXVI.

Post poëmatia aliquot parvi ambitûs et pretii, insunt 1) fol. 3 *tractatus* de litteris Arabum rite pronuntiandis, præcipue lectoribus Corani a Muhammede ben-el-Djezeri Schafeita scriptus.

2) Fol. 16 libellus *de officiis religiosorum,* quem el-Sejjid el-Scherif Abu l-Hasan Ali ibn-Abd-Allah ben-Abd-el-Djebbar composuit. Sic inscribitur: منتخب من كلام الشيخ الامام العامل القطب العارف بالله السيد الشريف ابو الحسن على ابن عبد الله بن عبد الجبار ابن تميم بن هرمز بن حاتم بن قصى بن يوسف بن يوشع ابن ورد بن بطال بن احمد بن محمد بن عيسى بن محمد ابن الحسن بن على بن ابى طالب رضه فى طريق القصد الى الله تعالى Initium: (hic omnia nomina, quæ in inscriptione sunt, repetuntur) قال الشيخ الخ طريق القصد الى الله تعالى اربعة اشياء فمن حازهن فهو من الصديقين المحققين الخ

3) Fol. 76: هذا من املاء سيدنا الشيخ الامام العالم العلامة البحر الفهامة قطب العارفين الشهير بالمغربى *Hæc sunt ex iis, quæ scheikh celebris,* el-Me-

ghrebi *vulgo vocatus, dictavit.* Initium: قال الحمد لله الموجد من العدم الهادى للسعادة بالشهادة In his dictatis inest, fol. 91: مقدمة فى التصوف مسماة بادب المريد لمراتب السلوك لمطالعته لنظم السلوك In fine librarius notavit: نجز تعليقها بعد العشا ليلة صبيحتها تاسع عشر رجب الفرد سنة ست وتسعماية على يد الفقير الى ربه الغنى به عمن سواه محمد الذاكر الحنفى, e quibus annus exarandi 906 [1500,1] apparet.

4) Fol. 107 v. دعا حرز الاقسام للشيخ الامام العلامة محرز *preces, amuletum contra jurajuranda a* Muhriz, *Scheikho et Imamo doctissimo* scriptum. Est carmen longius, cui præmittitur præfamen soluta oratione scriptum et quod excipiunt variæ preces, incantamenta, amuleta, jam prosa, jam versibus composita. Carmen sic incipit:

بدات باسم الله فى عمل السطر فاسماه حصن منيع من الضر

5) Fol. 125 بردة النبى *pallium prophetæ,* poëma mysticum, quod celeber ille polygraphus Djelal-el-din Sojutensis, anno 911 [1505,6] mortuus, ita confecit, ut singulas paginas in tres partes per totidem disticha, rubro colore scripta, divideret, quæ inter manipulos quinque versuum collocaret, omnes a voce الله incipientes. Initium:

الله يعلم ما بلقلب من الم
ومن غرايم باحشاى ومن سقم

Idem librarius, qui ad n. 3 notam subjecit, hîc 20 diem mensis Sefer ejusdem anni notavit.

6) Fol. 155 explicatio versuum quorumdam mystici argumenti, quos *Abu-l-Hasan el-Schadheli*, الشاذلى scripsit, ab Abu-l-Abbas Ahmedo Schihab-el-din ibn-el-Scheikh Jusuf Djemal-el-din facta. Initium: قال الشيخ العارف بالله تعالى شيخ الوقت والطريقة ومعدن الجود والحقيقة لى الحمد لله الظاهر حكمه وحكمته الباطن امره وقدرته

Codex *arabicus* in 12:o, chartæ orient. tenuis foll. 178, variante versuum numero, char. *neskhi* jam minuto, jam pingui, at manu, credo, eadem exaratus. In legato Sparwenfeldii 7 est. Tegum. orient. nitidum. [L. O. 21].

B. Codices Hebræi.

XXXVII.

Liber Estheræ.

Rotulus, longus 8 pedes et 3 pollices, latus 7 ¼ pollices, e tribus pellibus consutus, undecim columnas, quarum singulæ 22 versus continent, pulcre exaratas complectitur. Nomina propria, quæ in capitis IX:i versiculis 7—9 occurrunt, litteris multo majoribus scripta, columnam occupant singularem. [L. O. 47].

XXXVIII.

Judæi karaitæ cujusdam commentarius in Pentateuchum.

Codex membranaceus formæ quadripartitæ foliorum 149, quæ 9 ¼ pollices alta et 7 poll. lata sunt. Duo folia sunt chartacea. Scriptura non ubique sibi constat, neque versuum numerus idem in diversis paginis est. Peringero Lilljeblad olim fuit. [L. O. 6].

XXXIX.

Biur in Rabbi Jehudam Lebh.

"Hoc est: Commentatio in DCXIII Leges Hebræorum plenior; in qua non tantum textui ipsi versio, emendatio etc. adjicitur (ad methodum prioris opusculi), sed citata a Rabbinis bene multa integre exscripta et translata exhibentur, et ad quamlibet legem adplicata exag-

gerantur,' ita ut justi commentarii vicem sustinere possit. In lucem editus a *Carolo Schultén*, Historiarum Professore."

In hoc codice, editoris manu nitidissime exarato, CLV modo præcepta continentur. Desinit igitur in pagina 106:a libri: DCXIII leges Hebræorum, ductu Rabbi Jehudæ Lebh Schvertsensis cet. Opera *Caroli Schultén*. Lundæ Gothorum 1731. Qu., quem conferat lector. [L. O. 60].

XL.

טור ארח חיים

Ordo semitæ vitæ. Rabbi Jacob bar-Ascher Germanus, qui circa annum 1350 floruit, opus celebre, טורים *ordines* appellatum, scripsit, in quo omnia, leges, ritus cet. spectantia, dilucide explicavit. In quatuor partes, טורים, liber divisus est, quarum singulæ suum nomen habent. Prima, quæ hîc inest, "complectitur omnia quæ ad ritus sacros spectant, puta ad benedictiones, preces, lectiones doctrinales, seu decisiones de Sabbatho, et de aliis solemnitatibus anni, uti de Neomeniis, Jejuniis, Thekuphis, seu de ingressu Solis in quatuor puncta cardinalia Zodiaci." Bartolocci, *Bibliotheca magna rabbinica*, Vol. III, pag. 387 sq.

Codex membranaceus in folio, 13½ pollices altus et 11 pollices latus, foliorum 205, versuum 28—29 in singulis paginis, quæ in duas columnas divisæ sunt, char. *raschi* pulcro exaratus. Initio aliquot folia exciderunt. E bibliotheca Peringeri Lilljeblad provenit. [L. O. 1].

XLI.

ספר התרומה

"*Liber elevationis* de ritibus et rebus judicialibus; nempe de ritu jugulandi animalia pro cibo; de animalibus raptis; de illicitis et licitis; de placenta; de menstruata; de repudiis; de solutione calcei; idolola-

tria; vino libaminum; libro legis; Tephillin et de Sabbatho." Scriptor est Rabbi Baruch ben Rabbi Isaac de Garmiza, qui anno 1236 hunc librum absolvit. Vid. Bartolocci, l.l. Vol. I, pag. 695 et A. Krafft u. S. Deutsch, *Die hebr. Handschriften des k. k. Bibl. zu Wien*, n. XLV.

Codex membranaceus in folio, 12 ½ pollices altus et 10 pollices latus, foliorum 301. Quæque pagina, in duas columnas dispertita, 28 versus continet. Eadem fere manu ac proxime præcedens exaratus videtur. Peringero Lilljeblad fuit. [L. O. 3].

XLII.

ספר תפלה

Liber precum.

Codex membranaceus in folio minori, 12 ½ pollices altus et 9 ½ pollices latus, foll. 127. Numerus versuum et scriptura variat in precibus ipsis, introductionibus et explicationibus, quæ uberrimæ subjunctæ sunt. In fine aliquid deest. E bibliotheca Peringeri Lilljeblad est. [L. O. 2].

XLII.

מרה הנבוכים

Director perplexorum, liber celeberrimus, quem ille Rabbi Moses Bar Majmon Cordubensis anno 1181 arabice scripsit et postea Rabbi Samuel ben R. Judæ Aben, Mosis discipulus, in linguam vertit hebræam. De argumento operis et dispositione cfr. Bartolocci, l.l. vol. IV, pag. 102 sq. Inest etiam in hoc codice prooemium Jehudæ bar Schelomo Charizi, quod 8 folia prima occupat et litteris minutis rabbinicis sollennibus exaratum est.

Codex chartaceus in quarto, foll. 259, versuum 24, char. *raschi* recentiore scriptus. Peringero Lilljeblad fuit. [L. O. 4].